

Hîc quâ tot rutilat stellarum candidus æther  
 Ignibus, Heroum<sup>que</sup> accipit omne genus,  
 Et facit admiscens astris nova sidera, quis, aut  
 70 Arma pia æternum conciliare decus;  
 Aut doctæ potuere artes, castæ<sup>que</sup> Camenæ;  
 Aut fidei, & puræ simplicitatis amor;  
 At pia nobiscum meritorum gratia durat:<sup>11</sup>  
 Durat amor: unquam possit ut ille mori?

Augustus Buchnerus.

[Linie]

[S. 31–33:]

SEUSSIADEN<sup>c 12</sup> quondam patriis exegerat oris  
 Quicquid id est speciem quod pietatis habet. [32]  
 Illi religionis opus mutare fidemque  
 Relligio, species nec pietatis erat.  
 5 Quare pertæsus patriæ, non degener exul,  
 Ensiferi petiit littora tuta Ducis.<sup>13</sup>  
 Ast illum virtutis honos comitatur euntem,  
 Candorque<sup>d</sup>, & quicquid nobile Pindus alit.  
 Sic harum dives<sup>e</sup> rarus queis<sup>f</sup> dives abundat  
 10 Magnarum ipse sibi est semper adinstar opum,  
 Et vel sacrarum pertractat munia rerum,<sup>14</sup>  
 Vel Latio versus vel canit ore suo.<sup>15</sup>  
 Inter & ista, sui nec magni villicus horti,<sup>16</sup>  
 Non fieri, at factum se videt esse senem.  
 15 Sic hilari & fracto solùm ad mortalia vultu  
 Olim parta piis gaudia lætus adit. [33]  
 Felix post patriam<sup>17</sup> talis quem cura Patroni,  
 Et post Patronum suscipit ipse Deus.<sup>g</sup>

Allectus ab optimo sene inter  
 filios & amicos non è multis

Martinus Opitius.

*T Varianten in der Orthographie, die nicht den Lautstand berühren oder Unterschiede in der Satzzeichensetzung, die keinen Einfluß auf den mitgeteilten Inhalt haben, werden hier nicht aufgeführt. In Bu 1679 und Bu 1692 fehlen zumeist Akzente und Dehnungszeichen. — a Folgt (XVI), alte Briefnummer, die spätestens von Andreas (Köhne-)Jaski gestrichen wurde, der 1669 von Johann Starckius das heute in Gotha aufbewahrte Briefkonvolut erwarb und es vermehrte; vgl. Opitz-Brieferepertoire, S. 15ff. (zu FB Gotha). Die Adresse fehlt in den Druckausgaben. — b Bu 1697 putet — c Aus (ea). — d Fehlt in Bu 1679, Bu 1680, Bu 1689, Bu 1692, Bu 1697, Bu 1700, Bu 1707, Bu 1720. — e Jaski acceperit — f Bu 1679,*